

Siquidem ad unius mulieris vocem crediderunt. Prompte nobis persuademus, adesse ea, quae vehementer desideramus.

295. Chrysof.

Tertio D. Chrysof. hom. 33. Considerabant, ait, quod nequaquam mulier graviter eum admirata esset, qui ejus delicta redarguerat, nisi magnus quis esset, & excellens. Credunt Samaritani, adesse Christum, ob testimonium mulieris. Quia dixit mihi omnia, quaecunque feci. Magno pondere judicii ratiocinati sunt in hoc negotio; nam mulier testificabatur quoddam ei Christus dixisset, quot, & quantis viris scorticalet, & crimina ejus, luxuriamque reprehendisset. Et tamen videbant mulierem valde propensam esse in Christum, & totam se in ejus laudes diffundere. Inde conjecturati sunt, Christum magnum esse Prophetam, ac verum Messiam, qui animum mulieris benevole attrahebat, non blanditiis, sed asperis verbis: nam gratiam consiliare objurgationibus, ac nuda veritate ex dono Dei est, ac supra humanam conditionem.

De dono Dei est gratiam conciliare nuda veritate.

296. Theophyl.

Quarto Theophylactus, Propter sermonem mulieris multi Samaritani credunt, utpote prudenter apud se judicantes, quod vitam suam mulier non vulgasset ad hoc, ut gratificaretur alteri, nisi magnus quis esset, & super multos, qui ab illa praeceperant. Sapienter sane Samaritani ex testimonio mulieris ducuntur in notitiam excellentiae, ac majestatis Christi, apud se firmissime stantes, quod tam admirabile opus, in quo mulier non erubescere, occulta sua crimina evulgare; cum valde ingenitum sit unicuique nostrum, ea abscondere, hoc non ex gratia captanda alicui, sed ex mero impulsu Dei provenire posse, necessarium erat; qui solus sua potentia ad tantam virtutis magnitudinem commovebat mulieris animum, cum ab ipso tantum omnia nostra magna in via salutis descendant.

Magna virtutis opera a solo Deo.

297. Celada.

Quinto, Aliter hunc locum exponit P. Didacus Celada in Indib. cap. 8. §. 3. num. 113. Quod cum homines valde propensi sint ad credendum, veros esse alienos defectus, ita Samaritani ratiocinari sunt apud se; dum haec femina ait, quod Christus dixerit ei omnia, quaecunque fecit, sua crimina, adulteria, & luxurias. Aut haec vera sunt, aut falsa: si falsa sunt, mulier hujusmodi delicta non commisit, & ab eis est aliena. At si vera sunt, cum sint valde occulta, icaut nobis concivibus suis essent ignota, & tamen Christus alienigena ea revelavit; necessarium fatendum, hujusmodi hominem divino nato ea agnovisse. Ergo cum homines valde proclives sint ad credenda vera esse aliena peccata, ne dicant, mulierem esse puram, & immunem a tot, ac tantis criminibus, facile conveniunt, ut sibi persuadeant, ac fateantur, Christum esse verum Prophetam, aut Deum, qui occulta nescit.

Valde propensi sunt homines ad credenda aliena peccata.

Ioannis 4. n. 40. Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogaverunt eum, ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies.

VERSIONES.

Syriacus. Cumque venissent ad eum illi Samaritani, efflagi-

taverunt ab eo, ut apud ipsos maneret, & mansit apud eos biduum.

Euthymius. Samaritani orabant illum, ut maneret apud se.

EXPOSITIO.

Cum ex urbe Sichar fide, ac devotione venissent Samaritani ad Christum, charitate, ac vera permanentia rogant ab eo, ut apud eos maneret. Non solum officii, & humanitatis causa hoc petunt, verum etiam, quod sibi valde utile, & salutare fore ducerent, Messiam apud se retinere. Rogaverunt eum ibi manere, non per paucos dies, sed ut semper, aut saltem longo tempore ibi commoraretur, ut observat Chrysof. hom. 34. Et mansit apud eos. Valde mirum, quod Samaritanis se credit Jesus. De Judaeis dicitur Joan. 2. n. 23. Multi crediderunt in nomine ejus, videntes signa ejus, quae faciebat. Ipse autem Jesus non credebatur semetipsum eis. Cur Jesus se credit Samaritanis, & non Judaeis? Rupert. lib. 4. in Joan. Quia non propter signa, quae nulla viderant, sed propter id, quod dictum est (scilicet verbum mulieris) crediderunt Samaritani in eum. Cum introisset civitatem, & in templo docuisset, multi crediderunt in eum ob signa, quae faciebat, non tamen Jesus credebatur se ipsum illis. A Judaeis declinat Jesus, ad Samaritanos se recipit, & se illis credit: quia Judaei vnerant ad Dominum compulsi ob qui testimonio magna signa, & miracula, quae viderant, & Samaritani, ut Christum sequerentur unius mulieris voce moventur, & ideo multum apud Dominum promerentur.

298.

Chrysof.

Joan. 2.

Multum promerentur.

299.

August.

Beda.

Albert. Mag.

Etiamsi frivola calumnia occasio evitanda.

Duos dies, scilicet continuos, docendo & praedicando; manet Dominus apud Samaritanos biduo, hoc est, ait D. August. Beda, dat eis duo praecepta charitatis. Vel hujusmodi biduum significat duas cognitiones, ut ait Albert. Magn. cognitionem sui in legis littera, quam mulier accepit ab eis; & cognitionem sui in veritatis praesentia, ad quam Christus per legem induxit mulierem. Hos autem duos dies ibi mansit, ut ait ipse Albertus, quia Dominus semper satisfacit orationi suorum. Plures tamen non est commoratus, ne Judaeis daretur ansa calumniandi, quod, cum ipsis esset promissus, ad alienigenas transiret.

Ioannis 4. n. 41. Et multo plures crediderunt in eum, propter sermonem ejus.

VERSIONES.

Syriacus. Et plurimi crediderunt. Multi ex Graeco. Propter doctrinam ejus.

EXPOSITIO.

Viso Christo, & audita efficacia verborum ejus, multo plures crediderunt in eum, quam antea propter verbum mulieris. Non explicat Evangelista, quae verba fuerint haec, ut advertit Theophylactus. Verisimile tamen

300.

men est, quae questionem de loco orationis, quae cum mulier fuerat agitata, iterum a civibus fuisse propositam. Et ea occasione multa de lege, de cultu Dei, ac adventu sui ipsius disseruit Dominus, quae omnia a peritis Scripturae locis demonstravit. Et quamvis hujusmodi verba ab Evangelista non enarrantur; tamen quantae efficaciae fuerint, ex effectu satis declaratur. An Dominus ibi aliquod miraculum fecerit? Evangelista non explicat. D. Chrysof. homil. 34. Theophylactus nullum ibi fecisse miraculum, nam si ibi esset factum, Evangelista utique expressisset, dicens, quod crediderunt propter miraculum sicut ait: credidisse propter sermonem.

Chrysof. Theophyl.

Ioannes 4. n. 42. Et mulieri dicebant: Quia jam non propter tuam loquelam credimus; ipsi enim audivimus, & scimus, quia hic est verus Salvator mundi.

VERSIONES.

Syriacus. Ac dicebant mulieri illi: Non amplius propter sermones tuos credimus in eum; nos enim audivimus, & scimus, hunc esse verissime Melchicho illum servatorem orbis.

Vatablus. Jam non propter tuam narrationem.

Theophylactus. Jam non propter tuam orationem.

Euthymius. Jam non propter verba tua.

Aliqui ex Graeco. Jam non propter tuam loquacitatem.

Graeci ferunt omnes, Euthym. Theophyl. Est verus Salvator mundi Christus.

EXPOSITIO.

VERBA haec non sunt omnium Samaritanorum, sed tantum illorum, qui ob testimonium mulieris ad Christum venerunt. Et ipsi dicebant: Quia jam non propter tuam loquelam, hoc est, quod jam non propter tuam narrationem, orationem, sermonem, haec enim omnia significat verbum Graecum, Credimus, scilicet esse Messiam. Non enim haec dicunt quasi contentementes testimonium mulieris, quo ad Christum accesserunt, sed ut ea, quae a Christo audierant, extollant super testimonium mulieris. Ipsi enim audivimus, scilicet ex ore ejus, quod ipse sit verus Messias, & Salvator mundi, & ideo non indigemus jam tuo testimonio, quod ipse dixerit tibi, quod erat Christus. Et scimus non aliquali cognitione, & frivola ad hoc persuasi sumus, sed hoc scimus certissima fidei cognitione multis Scripturae locis demonstrat, & corroborat. Quia Sylveira in Evang. Tom. I. l.

Tuus magister non est contententur.

hic est verus Salvator, hoc est, quia hic est Jesus promissus Patribus. Et dicitur verus Salvator, ait Chrysof. Veniunt multi, ut salvos facerent, & Propheta, & Angeli; sed hic verus Salvator est, inquit, qui veram salutem largiuntur; non brevis, sed perpetua duraturam. Similiter Theoph. Alber. Magn. D. Thom. D. Bonavent. Jesus dicitur verus Salvator per comparationem ad Angelos, & Prophetas; quia si isti, ut Moyses, Josue, verbi gratia, populum liberarunt; hujusmodi libertas erat a servitute hominum, ac pro brevi tempore; Jesus autem liberat in aeternum a servitute peccati. Et dicitur Salvator mundi, non populi Judaici, sed omnium Gentium; ac communis omnium Salvator. In Graeco additur Christus, quod Latine non legitur: tamen Salvator mundi periphrasis est Christus.

Chrysof.

Theophyl. Alber. Mag. D. Thom. Bonavent.



CAP. VI.

Sanatur filius Reguli.

Ioannis 4. n. 46. Venit ergo iterum in Cana Galilaeae, ubi fecit aquam vinum. Et erat quidam Regulus, cujus filius infirmabatur Capharnaum.

VERSIONES.

D. August. tra. Pergit iterum in Galilaeam.

Syriacus. Et erat in Capharnaum servus regius quidam, cujus filius aegrotabat.

D. Hieronymus. Quidam de aula Regis, in Isai. 65. seu Palatinus.

Nonnus. Vir regius, regens exercitum.

Vatablus, Pag. Euthym. Theophyl. Et erat quidam regius.

EXPOSITIO.

EX regione Samariae itinere duorum dierum, ut patet ex hoc c. 4. n. 43. venit Dominus in Galilaeam, quae sita erat juxta Nazareth Aquilonem versus. Et ita illa particula, ergo, ait Toletus, quod dicit illationem, tanquam sit sensus; qui propriam patriam reliquit, nec ad eam divertere voluit, venit in Cana, quae era proxima Nazareth. Locus enim ad divertendum non erat accommodatior; tum ob propinquitatem, tum quia notus erat ex miraculo amicis, ac consanguineis ibi commo-

1.

Tolet.

R 2 ranti bus

Dominus oc- casione querit ut nobis bene- faciat.

Theoph.

Anselm. Exod. 33. Reguli no- men non ex- primitur quia fidem imperfectam habebat. Syriacus.

Bonavent. Chrysof.

vantibus. O magna clementia, & bonitas Jesu! Relinquit propriam patriam amicos, ac concives suos, & venit in Cana Galilaeae, ut Regulo, de salute filii indigenti subveniat. Obfecit aquam vinum. Hoc notat Evangelista, ut haec Cana ab altera distinguatur, quae erat longius. Vel ut ait Theophylactus, Ut iterum crescat laus Samaritanorum. Nam & Galilaeae quidem inquit, susceperunt eum propter signa, quae facta sunt in Jerusalem, & ad se: Samaritani autem ob solius mulieris testimonium. Nam Evangelista hic advertit in 45. quod Galilaei benigne receperunt Christum ob signa, quae viderant eum facere in Jerusalem in die festo.

Et erat quidam Regulus, hoc est, minister regis seu de genere regio. Ejus proprium nomen taceatur, ait Anselmus, quia non erat dignus audire. Novi te ex nomine, Exod. 33. num. 12. Regulus enim habebat fidem imperfectam; & ideo non erat dignus, qui scriberetur nomen proprio, quod est magna amicitiae nota, ut dixi superiori cap. 5. num. 234. Cujus filius infirmabatur Capharnaum. Syriacus, ut patet ex versionibus jungit Capharnaum cum servo Regi, tanquam quod ibi officium suum ageret. Alii cum infirmabatur, quod ibi esset agrotus. Quare autem Dominus non adivit immediate Capharnaum? Respondet D. Bonavent. ex Chrysofostomo, Quod illud idea non audivit, ut non majus sumeret iudicium, scilicet non credas ei: & quia illis non est potius honore. Sed de hoc statim.

QUESTIO I.

Quare Dominus rediit in Cana Galilaeae?

August. Beda.

Chrysof.

Recentes conversi fovendi.

Maxime obligari propter te amici contemp- tiis.

Theoph. Bonavent. D. Thom.

Venit Dominus in Cana uno anno fere postquam edidit miraculum in nuptiis convertendo aquam in vinum. Hujus repetiti adventus causas inquirimus. Respondent primò D. August. tract. 16. Beda, & alii, quia per primum miraculum pauci in Christum crediderant, nempe discipuli ejus; cum verò nunc plurimi adessent, ideo Dominus iterum venit, ut multos lucrificaret.

Secundò, D. Chrysofostomus homil. 34. Quod in Cana Galilaeae venerit, dicit; quam gratia subri- ciet. In Galilaeam propter Judaeorum invidiam concessit. In Cana vero quam ob rem? Primum vocatus, ut nunc arbitror, ut praesentia sua superioris miraculi fidem confirmaret; & spontaneo accessu magis alliceret, cum relicta patria eos potiores ducere via deberetur. Repetit Dominus Cana, ut confirma- ret ac corroboraret in fide eos, qui ex primo miraculo crediderant. Novellae plantationes sunt fovendae, ut crescant, & proficiant. Deinde ut eos homines vehementius sibi attraheret, ac conciliaret, cum relicta patria ad eos accederet; magna enim nobis infertur obligatio, si propter nos amici, cognati ac connaturales contempnan- tur: Magis eos alliceret, cum relicta patria eos potiores ducere videretur.

Tertiò, Theophyl. D. Bonavent. Venit in Galilaeam, quia ibi bene exceptus erat ab illis hominibus. Et ibi ex primo miraculo, ut ait D. Bonavent. potius est honore. D. Thom. Nolo Dominus ire in locum, ubi non honorabatur. In

Nazareth patria sua compatriccii erant infesti, & eum contemnebant, ut ipse Dominus declaravit hoc cap. 4. num. 44. Venit ergo in Cana Galilaeae ubi bene excipiebatur; quia urbanitas, ac honorifica tractatio allicit animum ad se, & Dominus honorat honorantes se.

Quartò, D. Antonius Olysiopon. Domin. 21. post Trinit. Venit Dominus à Judaea in Galilaeam, in quo maxime significatur, quomodo è celesti patria ad nos venit. Judaei, ait D. Antonius, confesso, Galilaea rota, vel volubilitas interpretatur. Deus ex Jesu ergo à Judaea in Galilaeam venit, cum de laude angelica vita aeterna, in qua est confesso angelica laudis, ad nostra volubilitatis rotam descendit. Super hoc Ezech. 10. num. 2. Quod ille, qui sedebat, dixit ad virum, qui in manu erat lignis: Ingrede in medio rotarum, quae sunt subus Cherubim, & imple manum tuam prunis ignis. In hoc vito signifi- ficabatur Christus Dominus, qui mira puritate ad nos venit habens manus plenas prunis igni, igneus amoris.

Quintò, Narrat Evangelista, quod Dominus relicta patria sua Nazareth, immo & Judaea; cum ipse esset in Bethleem natus, venit in Cana Galilaeae, quae erat terra aliena, & extranea; Et ibi valde notanter advertit Evangelista, quod Dominus edidit primum miraculum in nuptiis; & etiam ibi secundum mirabile de sanitate filii Reguli perpetratur. Sed cur prima Christi mirabilia, non in patrio solo, sed in alieno sunt edita: Magna sane mysteria in hoc latent: quibus nos docet veritatis Magister, quod quando in propriis laribus continebatur, suae infinitae virtutis per miracula specimen non dedit, nisi postquam ad alienum locum se recepit, nempe ad Galilaeam, quae transmigratio interpretatur, ut notant Rupertus, Beda, D. Antonius, D. Thomas, & Bonaventura. Ut his instrumur, quod si magna virtutis documenta edere affectamus, patriae terga vertamus; & dum à propriis transmigramus, in multa, & praeciosa facinora, etiam transmigrabit animi virtus.

Sextò, Primum signum edidit Dominus in Cana Galilaeae, dum convertit aquam in vinum. In quo figura sacrae Eucharistiae praecessit, ut ex sanctis Patribus dixi hoc lib. cap. 1. quast. 10. in 78. Ibi etiam in Cana secundum edit mirabile, & fuit primum, quo donat vitam, & sanatam hominibus. Sed cur in eodem loco haec duo prima miracula operantur; Cur non alius locus ad primam hominis sanitatem eligitur; nisi ille, qui figura Eucharistica primo nobilitatus est? Ut ex his discamus, quod tota vita, & salus hominis ex umbra sacrae Eucharistiae dimanat. Nec enim alibi homo poterat vitam recuperare, sanitatem impetrare, nisi ubi vivifici mysterii umbra, ac figura demonstrata, ac data est à Christo.

Septimò, D. Cyrillus lib. 2. cap. 115. Libentius, ita, cum gratis hominibus, & cum iis, qui beneficio- rum sensum aliquem capiunt, Christus conversatur, major aequè largiri paratus. In Cana Galilaeae se con- fert Dominus, quia illius civis ex primo mira- culo, ibi facto in nuptiis, maxime astricti, ac beneficia grati erga Christum Dominum sese exhibuerunt, promeretur, recognoscentes magnitudinem beneficii: Qui beneficiorum sensum aliquem capiunt; illis enim beneficia sunt largienda, qui illorum naturam aestimare, ac appetiari valent, se maxime gra- tos, ac astrictos erga benefactorem declarantes. Cum

Honorifica tractatio allicit animum.

Deus ex laude angelica vita aeterna, in qua est confesso angelica laudis, ad nostra volubilitatis rotam descendit.

In Christo igneus amoris.

78.

Rupertus, Beda, Anton. D. Thom. Bonavent. Qui magna operari desi- derat, patriam relin- quat.

8. Per Eucharis- tiam nobis communicatur salus, & vita.

Cyrill.

Gratitudo Dei praesentiam, ac beneficia

Cum

10.

1. Petr. 3.

Gen. 8.

Gratitudo maxime attrahit, divi- nam bonita- tem.

Chrysof.

11. Psalm. 49.

Gratitudo facit nos vi- dere Deum.

August.

Cum peccatum grassatur per genus huma- num, emissum est à Deo diluvium, ut omnis caro submergeretur. Tamen, cum Noë esset justus coram Domino Gen. 6. n. 8. ei mandatur aedifica- re arcam, in qua ipse, & uxor ejus, ac tres filii cum suis uxoribus, id est, octo animae 1. Petri 3. num. 10. serva facta sum. Postea ve d cum immi- nuta essent aquae diluvij egressus Noë ab arca erexit altare, obtulit holocausta, Oculisque est Dominus odorem suavitatis, & ait: Nequaquam ultra maledicam terra propter homines, Gen. 8. n. 20. Sed quare? Cur antequam Noë ingrederetur in arcam, octo animae ab ipsam liberantur, postea vero cum exit, omnes generationes futurae ei conceduntur immunes ab aquis diluvij? Cur ergo hic tantum promeruit? Antequam Noë clau- deretur in arca, describitur justus; Noë vir justus, postea vero relinquens arcam, ad terram deveni- ens, monumenta suae virtutis erga Deum de- claravit. Quando ergo justus scribitur, octo ani- mae, salva; ac liberae ei conceduntur, quandiu gratus declaratur, ita attrahit divinam bonita- tem, ut cunctae hominum generationes, per om- ne tempus futuræ, immunes ab universali sub- mersione donentur, quod enim terra ultra dilu- vio non sit opprimenda, meritis, ac virtuti Noë debetur. D. Chrysofostomus homil. 26. in Gene- sel. Solitam, ait, praese tulit gratitudinem, facta- que gratiarum actione, etiam tunc majoribus be- neficiis divina gratia ipsum cumulavit; nos enim divina misericordia est, ut si nos tenuis quaedam, & vilia obtulerimus, multa nos liberalitate remun- neret.

Ait Regius Vates, Psalm. 49. num. 24. Sacrifi- cium laudis honorificabit me: & illic iter, quo ostend- dam salutare Dei. Valde quid magnum, ac maxi- mè desideratum nobis pollicetur Propheta, nobis scilicet ostendere viam; per quam possimus videre Dei salutare, nempe Christum Dominum, ac ejus praesentia frui. Sed haec via tam salutaris demonstrabitur in penitentia, mortificatione, humilitate. Et quamvis haec virtutes multum conducant ad hunc finem; nullam illarum hic commemorat Psalter, sed tantum ait: Sacrificium lau- dis honorificabit me, hoc est animi gratitudo, qua dona à Deo accepta recognoscimus, haec maxi- mè nos evehit, ut praesens Dei salutare habere possimus. D. Augustinus. In sacrificio laudis, ait, via est, qua ostendat illi salutare Dei. Quod est salutare Dei; Christus Jesus.

QUESTIO II.

Quare Dominus primò ixit in Cana Galilaeae vocatus ad nuptias; nunc verò quin invitaretur?

12. D. Thom.

13. Euthym.

Dupliciter Dominus venit in Cana Galilaeae, ut notat D. Thomas. Primò invita- tus ad nuptias Joan. 2. n. 2. de quo late cap. 1. Sec- undò accedit in hac occasione ad Cana, quin vocaretur. Ad quam questionem.

Respondet primò Euthymius. In Cana venit, ait, primum quidem vocatus ad nuptias; nunc verò in fidem, quae ex facto prius miraculo accesserat, sua praesentia confirmaret; imò potius eos attraheret, Sylveira in Evang. Tom. 11.

veniens non vocatus, ac patria sua eos praeparans. Venit Dominus in Cana ab illis hominibus non invitatus, dono sua praesentiae eos efficiens ac condecorans, ita ut ei essent maxime astricti, ac religati; nam quamquam beneficium semper animum maxime allicit; tunc tamen efficacius movet, cum abique precibus, & petitione nos tra conceditur: Immo potius eos attraheret veniens non vocatus. Ideo Dominus in Cana non roga- tus descendit, ut ita eos sibi maxime conciliaret, ac devinciret. Vide lib. 3. cap. 2. n. 3.

Secundò expende supra citata verba: Nunc vere in fidem, quae ex facto miraculo accesserat, sua praesentia confirmaret. Nunquam divina bonitas in suis donis ponit modum, & quibus semel benefecit, eos semper ad majora ac consumma- tionem promovet, nisi ex nostra parte appona- tur impedimentum. Venit Dominus nunc in- Cana, ut sui fidem, & cognitionem, quam in primo adventu dederat illis hominibus, corro- boraret, perficeret, ac consummatet. Magnifica enim manus si beneficia semel largitur, non re- trahit, sed semper affectat conservare, nec ad au- gmentum evehere. Et ita Dominus; quia in primo adventu vocatus venerat, nunc accedit non invitatus; nam ex primo beneficio, ac do- no veluti pigneratus, ac obligatus est ad majora, ac excellentiora largienda. Vide supra cap. 1. num. 74. & 107. & lib. 1. cap. 2. num. 16. 17. & 18. & lib. 6. cap. 4. num. 48. & multis aliis in locis.

Tertiò vocatus venit Dominus ad nuptias in quibus magna mysteria sunt peracta; tamen quia nuptiae erant, ubi festivitatis, & laetitiae signa dabantur, meus Jesus non nisi vocatus venit. At verò, quia in hoc secundo adventu pergebat in Cana, ut praedicaret, & doceret, ac cum homini- bus imperfectam fidem habentibus, ut pote Regulo, & aliis similibus disputaret, quod est mag- nus labor; tamen illud erat opus sibi commu- sum à Patre Joan. 4. n. 34. ideo non vocatus des- cendit in Cana. Semper Jesus valde difficilis ad loca ubi signa levaminis, ac quietis se exhi- bent, maxime vero propensus ad ea, ut labores, ac molestiae pro nostra salute apparent.

Quartò, Dominus venit ad nuptias iure con- sanguinitatis, vel amicitiae, ut dixi cap. 1. num. 2. At in hac occasione tendit in Cana, ut doceret, ac praedicaret, quod erat minus sibi à Patre com- missum. Ubi ergo ratio amicitiae, ac cognationis naturalis visitur, necessarium est, Dominum vocari, ac invitari; cum autem obligatio officii sibi injuncti expostulat, absque alicujus rogatu ipse se confert, & pergit ad locum, omnem cogna- tionem, ac amicitiam ratione sui muneris post- ponens; multo enim potentior officii obligatio, quam sanguinis & amicitiae amor.

Cum Jacob venisset à domo patris sui in ter- ram Orientalem juxta puteum, qui magno lapi- de claudebatur, venit Rachel cum ovibus patris sui, Quam cum vidisset Jacob, & sciret consobri- nam suam esseque Laban armentis sui, amovit- que lapidem, quo puteus claudebatur. Et adagnato grege osculatus est eam, Gen. 29. n. 10. Illud mihi ingerit difficultatem, quod, cum Jacob agnovisset Rachelem consobrinam suam, in ejus oculis amore captus est, cum ea primò non loquitur, nec ei dat pacis signum, & postea gregibus aqua praebet; sed è contra factum esse vidimus; prius

Beneficium absque precibus maxime attrahit.

Beneficium datum conservandum.

Deus est ubi beneficio obligatur ad aliquid.

Jesus valde propensus ad molestias.

Obligatio officii potentior quam sanguinis ac amicitiae amor.

Genes. 29.

R 3 Jumph